Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus iuridicus - Cod. Ettenheim-Münster 308

[S.l.], [Ausg. 17. Jahrh.]

Corollaria

urn:nbn:de:bsz:31-131067

Visual Library

Corollaria.

1. An ex contractu litterario seu Kyrographario nascatur vera obligatio. Resp: affirm: et quidem ex quadruplici fundamento. 1. desumitur ex §. fin. Instit. de obligationibus ubi imperator dicit esse obligationem, aut re, aut verbis aut litteris aut consensu contrahi, sequitur ergo, quod si non nasceretur vera obligatio obligatio non tribus modis contrahi. 2. desumitur ex §. 5. Instit. de fideiuss. ubi Imperator dicit obligationi litteris contractae fideiussorem accedere posse, ex quo infertur eam veram esse obligationem, cum alias ei fideiussor accedere non posset, 3. desumitur ex §. 2. Instit: de ex contract: ubi dicitur talem contrahentem teneri, ex quo sequitur veram esse obligationem. 4. desumitur ex tit. Instit: de obligationibus ubi dicitur ex tali contractu nasci conditionem, ex quo concluditur veram procedere obligationem.

Dices: si ponitur obligatio ex litter-
ario contractu, sitque ergo exceptio
non numeratae pecuniae sit nulla,
quod probatur, ille qui eam opponit
contradicit propriae confessioni; ergo
Resp. quod licet jura constituerint
talem vere obligari noluerunt tamen
talem ad solutionem compelli posse, sed
dictam exceptionem non numeratae pe-
cuniae concesserunt.

Q. quae sint substantialia contractus loca-
tionis? R. tria, consensus, res et merces.

Dices: in emptione et venditione
non requiritur merces, ergo neque in locatione.
probatur consequentia: in tit. Instit. de locat.
et cond. dicitur locationem iisdem fere
regulis consistere, in emptione, ergo quod ad
unum requiritur in altero etiam requiri ne-
cesse est. Resp. dist.: consistit iisdem juris reg-
ulis quoad omnia et per omnia, nego; in aliquibus,
concedo; quia si indistincte consisteret in
juris regulis cum emptione et vendi-
tione, non esset contractus distinctus et ipse
propter male separatim poneretur.

Notanda est generalis regula quod in iis
casibus in quibus sine mercede contractum subsistit

capitulo, ultra mandati vel depositi
negotiorum in ysu. in q[ui]bus certa merces
constituta est, quum suscipitur locao et
conductio contrahitur.

Q. q[uo]d dicatis ad aliq[uid] ultra bonos mores
R. de jure can: si dici, q[uo]d cum eius
offendatur peccatum solus, de iure civili
si. q[uo]d lex requirat aliq[ui]d ad ultra bonos
mores, et sine peccato fieri possit, s[olu]t[io] ad:
§ illud quoq[ue] 7. n. 1. Instit. de mand:

Q. An bona defuncti, quae in commissum
ceciderunt, possint ab heredibus peti!
R. affirm: per l. 8. ff. de publicianis

Dices poena ante litis contestationem non
transeunt ad heredes, sed hoc est poena,
ergo: R. distinguo, poena ante litis contestationem
non transeunt ad heredes, si non fuit radi
cata in ipso defuncto, concedo. si fuit radi
cata. nego. in proposito a. erat sunt radicata
quia eo ipso dum defunctus feloniam perpetra
vit, ceciderunt bona in commissum,
petuntur igitur bona talia non ut poena,
sed qualenus per commissa a defuncto
quaerentur ipsi feloniario in talibus iure
quaesitum.

quod per aditionem hæreditatis
acquiratur. Resp. ad ius, quod defunctus habuit.
Dices: si per solam aditionem hæredi-
tatis acquiratur ad ius, quod defunctus habuit,
ergo etiam acquiritur possessio. probatur sequela.
defunctus habuit possessionem, sed omne ius
defuncti habile ius hæres acquirit, ergo et
possessionem. Resp. concedo an. acquirit ad ius
quod defunctus habuit, si adhuc factum
hæredis acquiratur nego, si non acquiratur
concedo, ad possessionem autem requiritur facti
et requiritur aliqua realis apprehensio
ergo: si hæreditas solis verbis aditur
non transfertur etiam dominium in hæredem.
probatur illatum non invenitur medium habile
ad transferendum dominium. ergo non potest
transferri. probatur antecedens: medium habile
quo dominium transfertur est traditio, sed hæc
non invenitur traditio ergo dominium non trans-
fertur. Resp. ~~concedo~~ ant: medium habile quo
dominium transfertur est traditio, si trans-
latio dominii fiat ex hominis [illegible] concedo, si a lege
fiat nego. vel ad translationem
dominii acquiritur traditio de iure gentium
concedo. de iure civili nego,

Qui fiscus si bona vacantia capit,
teneatur et legatarijs et creditoribus
defuncti satisfacere. Probo quod non.

Dices: non est heres, ergo non tenetur illis
satisfacere, probatur consequentia: si teneretur,
teneretur ideo quia contraxit, sed non
contraxit. ergo. probatur antecedens: qui non contraxit
non debet. ergo. Probo quod non contraxit nil
debet ex contractu, credo, ubi rei accepto
regis. Atqui fiscus non contraxit,
cum bona talia vacantia accipiat
jure regalium, tenetur onere bonorum
acceptorum, quae complectuntur cum
alterius creditorum contra eius aedale.

Dices: ergo fecit quod ille donatarius,
cui aliquis omnia sua bona alijs debita,
sed non hypothecata. Quia si hypothecata
essent, absque dubio in actionis hypothecariae,
quae contra quemcunque possessorem competit,
conveniri posset conveniri posset a creditoribus
donantis. probatur, sicut fiscus tenebitur
ex bonorum acceptorum, ita et donatarius
ergo. Nego paritatem et legem,
quia taliter donans non tenetur omnia
bona donatario reddere, sed tantum quorum
titulum possidet, reddit, adeoque reddidit,

qd alij debet, et qd ad quotidianos
sumptus utilis, praeterea et talis
donao regulariter non valet, nisi excedat
500 solidos, debet fieri cum insi
nuaoe.

Nota alimenta quae veniunt iure
actionis utiliora esse, quam ea quae
veniunt officio iudicis l. 4. § alimenta
debentur iure actionis non tantum praesentia
sed et futura debentur, verum
et praeterita, et nemo videtur in
praeteritum vivere, vel carere, ea u.
quae officio iudicis debentur, et suo
tempore debita fuerint, quia nemo tantum in
praeteritum vivit, per se amplius peti
non possunt.

Q. quomodo dominium dividatur? R. in
Quiritarium et bonitarium. et quidem
quiritarium ideo, quia ex quiritibus
descendit et bonitarium, eo quod ex
aequo et bono descendat, Quiritarium
sequuntur haeredes, bonitarium
bonorum possessores.

Q. Quale remedium bonoru possessi-
onis ad assequendam hereditatem. R.
esse hbere bonorum possessionem,
sdm vel ctra tabul: sed possessoria
hereditatis possessionem, qa bonoru
possessio dm e cad huius possessionis
actionis.

Q. An cum bonoru possessor
neqm hereditariam o agratearu
dnium ex ea trae, qd ipsemet
praetor o sit dnus, sed dm legis
ministeri, adeoq o dt plus iuris
in alium transferre poit, quam
ipse hbeat saltem mediante pscripti-
one earu reru dniu acquirere
poit? Rp affirm:

Dices In casu pscriptione nulla,
ergo ea mediante bonoru possessor
o pt acquirere reru dnium, pbs
antd: si aliqs istitutus in mala fide,
qdo scit se o pse acquirere rerum
dnium, sed bonoru possessor, eo
ipso quo succedit de iure praet: sdm
praedicta fuit vel saltem fuisse debet,

si ō posd agere dmium rerum,
ergo ē in mala fide bq̃ asstqo
ē in mala fide uera nego, ficta
ĉedo, per malam fidem a. ĉi dm
impeditur pscriptio, si sit uera mala
fides, uel dpito, vnd et per tani
pitem auferat alicui dmium.
ĉedo. si sit ficta ctō auferat alicui
dmium nego. in posito a. nemini
aufertur dmium.
Q. quare haereditatis petitio et
possessoria haereditatis petitio ō
dent contra titulo possidentem. R.
ideò qa talis possessor uel haeres
fundat se in titulo pro haerede,
reg ĉuentque. praeter titulum se fundat
et in possessione ō minimum igitur
qd talis haeres uel bonorum possessor
per reum ĉuentum utpotè duobus
fundmtis fundatum excluditur, cum
ea praeiudicii ratione qd duo uincula
magis ligent.
Q. quomodo pacta dotalia ualeant.
R. De iure ō ualere, qa pacta de

futura hæreditate tam affirmativa,
quam negativa non valent de iure,
de consuetudine tamen valent, non tamen est hæres.

Q. a. An talia pacta dotalia
valeant? tamquam actus inter vivos, vel
ultimæ voluntatis. R. si sint concepta de re
certa vel certa quota valeant tamquam
actus inter vivos, si vero concepta sint de
quota hæreditatis valent tamquam
actus ultimæ voluntatis.

Q. ergo An cum sic concepta sint de
quota hæreditatis valeant tamquam actus
ultimæ voluntatis valeant in vim testamenti
vel in vim Codicilli. R. secundum veriorem
sententiam valere in vim testamenti, adeoque
quod in similibus pactis numerus
testium ad testamentum ritè conficiendum
requisitus scilicet: septenarius intervenire
debeat.

Q. An arrogator conficiens in-
ventarium ultra vires arrogati teneatur,
etc. R. negative.

Dices. Hæres conficiens inventari-
um tenetur ultra vires hæreditarias

ergo est arrogator, prob. ergo Eustathia,

Haeres ideo tenetur quia est successor

universalis, ergo. Resp. Concedo haeres ideo

tenetur quia est successor universalis # et

haeres simul. Nego quia est successor

universalis tantum nego. Arrogator autem est

fit successor universalis non tamen est haeres.

Q. An acceptilatio sit contractus an

iuris civilis vel iuris gentium.

Resp. ad primum est contractum et quidem

verbis initum. Resp. ad 2dum diversas

esse ll. in l. 8. §. 4. ff. de acceptil.

n. dicitur acceptilationem esse iuris gentium

in l. penult: ff. de solutionibus dicitur

esse iuris civilis. Resp. ergo acceptilationem

esse iuris civilis quoad originem,

quoad usum vero et observantiam

iuris gentium.

Q. Utrum in dubio stipulatio sit

iudicialis vel praetoria. Resp. omnino, quia

praetoriae sicut poenales sunt. Resp.

2. quia iudiciales simplici promissione

contentae sunt, et regulariter fide

iussores non requirunt, praetoriae vero

antecedentia requirunt.

† sed Arrogator est successor universalis

sed arrogator est successor universalis

quae anno finiuntur, cum enim praetoris officium annale sit

Q. An cautiones ex statuto descendentes sint iudiciales vel praetoriae. R. videndum esse, an descendant ab eo, qui superiorem non recognoscit, tunc casu sunt iudiciales et iuris civilis, si vero descendunt ab aliquo superiorem recognoscente, erunt iuris praetorij adeoque cautiones praetoriae.

Q. Si emptor venditori remisit actionem de evictione, an si postea res auferatur (id est per iudicem et laudato prius venditore) id est facta prius denuntiatione ipsi venditori) evincatur emptor non obstante tali remissione petere possit pretium datum? R. affirm: quia remissione evictionis emptor nil aliud remittere voluisse censetur, quam interesse, nisi aliud conventum sit.

Q. quotuplaciter in ordine ad emptionem et venditionem pretium dicatur esse certum, R. dupliciter. 1. si inter partes expresse conventum sit et definitum. 2. per relationem ad id, quod a parte rei iam verum est.

ut v. g.: vendo tibi meam domum, quanti pecuniarum rerum habueris in sacco, vel per relationem ad id quod statim verificari potest: v. g.: vendo tibi hanc rem, quanti Titius eam aestimaverit.

Notanda est notabilis quaestio, quia appellans, qui appellationem non est prosecutus et sic ad beneficio appellationis destitutus, contra ipsum iudicem, a quo fuit appellatum, iuvatur, et si per desertionem appellationis fatalium sententia transierit in rem iudicatam, et appellans ei acquievisse credatur l. ab eo. 3. Cod. quomodo et quando iudex: ea tamen sententia, quia post appellationem et appellationis desertio appellato tamen processu iudicii contra crimine in quam tulerit sententiam, eidem fuit suam et parti ad id dicto obligatis Innocent. in capitulo saepe. 44. X. de appell.: c. Iuros. 68. X. de sententia Excom.: l. filiusfam. de iud.: l. simil. ff. de usurp. et contra ord.: Cod.: quare licet pars ab appellatione excludatur,

et in impeditis agere contra iudicem
ratione iniquae sententiae et iudex condemnabitur
parti ad interesse si apparebit illum
male iudicasse. Innoc. in d. cap:
saepe et c. pastoralis n. 8. X de
offo Delegati et Bart. in l. 1.
ff. De appell:

Q. quae sit ratio quod consanguinei uxoris
l. mariti tamen sint affines ipsius mariti
vel uxoris, non autem horum fratribus
et sororibus? R. ideò quia affinitas ex
copula carnali (licita sive illicita)
contrahitur, quae cum in duabus personis
constat, illas non egreditur.

Q. si sententia condemnatoria sit lata contra
filium peculio carentem, an committatur
executioni contra patrem Schmid:
1094. fol. N. 2.

Q. Si in aliquo loco, in quo diversa
sunt Monasteria et Monachorum et
Monialium testator simpliciter leget
monasterio 1000, cuinam debeatur?
R. deberi monasterio Monialium, quia
locus magis pius reputatur. vide Decium
de R. J. fol. 52.

Q. Si testator instituit filium, substituta
ecclesia, sub appositâ conditione, si sine
filiis institutus filius decesserit, an ecclesia
admittatur, si filius sine filiis sed cum
filiabus decedat? R. affirm: quia tali casu
illa conditio filiorum intelligitur de mas-
-culis, etlicet posteri videantur vocati
nepotes quam ecclesia, Nepotes enim non
veniunt, quia non est verisimile, quod testator
voluerit Nepotes esse melioris conditionis,
quam filias proprias, quae enim venturae,
ratione qualitatis testatoris sub inde
veniantur, quod si vero fuerit foemina,
non est verisimile, quod voluerit foeminas
excludere, quod est locum habet in privi-
-legio immunitatis, nam si factum sit
a Regina vel ducissa, gaudent etiam
foeminae hoc privilegio, aliter quam
si a rege vel duce reperitur ex possessio
communem opinionem esse Ecclesiam excludi,
Decij folio 61.
Q. An masculinum recipiat femininum
in Actis voluntatibus. R. affirm: in re
favorabili, non autem odiosa. An in contractibus?
R. negative, praesertim in contractibus strictis

fieri, quod verum est, si strauty sit cele-
braty per se et filijs, ergo si n. Strahitur
a se et liberis de femina includuntur,
idem est si exclusis feminis assserendum
separetur, vel veniremus in dotatione, qua
donatio late interpretari debet.

Q. An etiam in mala odiosa extensio
admittatur? R. affirm: quod bene indigo
delictum alias maneret impunitum.

Q. ubi imperator fecerit carmina?
R. in §. 4. Inst: de iniurijs. et ubi pater
noster vid: §. 8. Instit: de testamentis
ordinandis.

Q. quis dicatur stultissimus in iure nostro?
R. videndum ad §. 5. Inst: quod cum eo
qui in alien: potest: est negot: gest: ad
dicitur.

Q. An is, qui plures corrupit, sit bigamus?
R. quod non, quia deest ad eum defectus significationis
sacramentalis in quo bigamia fundatur, et sit
defectus significationis (unica cum unica)
quia talis.

Q. An femina possit procuratorio nomine
experiri. R. quod nequidem pro patre
et matre, cum ea [illegible] sexus illiguerecundiam l. 18. Cod. de procurat: tum
ea pro [illegible] assiduitatem, querimoniarum
reparantis vocumque [illegible] n. [illegible]
reddunt ligna, si illa [illegible] clamant [illegible]
n. l. 12. Cod. quod pot. in pig. habentur
cum Bald.:

Casus aliquis.

B: Propositus in alma Universitate
Salisburgensi:

Contenderunt inter se et dubitabant duo
Status Imperii non recognoscentes superiorem
excepto imperatore, quorumque unus
Lutheranus, alter Catholicus erat
de articulo quodam Fidei, an sit vera
vel non fide catholica [illegible] duos
libros negantem unum ex parte Luther-
-ani esse pro fide.+ tam u. qua Lutheranus
non subiacet vel saltem subiacere vel recognoscere renuit summo Pontifici.

\+ affirmantem u. aliud ex
parte vero Catholici esse
pro fide

Q. Num hic casus tangens materiam spiritualem concernens possit per arbitrium
decidi ab Imperatore utpote ordinario
alias in temporalibus eorum iudice.

[i]njustè, non obstante quod in alijs casibus
[ar]bitrandi . eo ea decisionis ratione quod
per arbitrium res vel causa estimetur,
estimatio autem non officiat forum, quia licet
estimatio non faciat forum, et res quae
arbitrari permittitur estimetur, in
proposito tamen fieri non potest et deduci causa
ad imperatorem, quia est estimatio et in
casu non nisi à summo Pontifice
fieri potest.

4. An Judex sententiam sedens vel
stans ferre debeat? R. sedens l. fin:
de sent: et re iud: ff. tit. Cod. de sent.
de sent: l. sedebunt. 3. N. 82. quia sedere
iudicantis est iuxta Divum Thomam
q. 3. 2. 58. art: 1. ac 3 et sedens
sensus magis recollectos et mentem magis
compositam habere censetur. vel est
quod sedere maior sit dignitas.

Not: Doctorem ad Magistratum
venientem sedere posse, et alijs
stand[i] sit necessitas. l. 6. in fin. Cod. de

Casus aliquis.

Fuit quondam adolescens, qui non
obstante, eo quod à parte sui sponsalia

q^a ltr in cfsia de futuro promiserat
alicui puellae, poenitentia ductus
negabat esse contracta sponsalia, q^a
ltr in cfsia seducta non esse videbat,
confitebatur se negasse sponsalia contracta
cum hac (in spec. quam denominabat
puellam.) et quidem praedictam confessi
onem in scripturam redactam per
debat quam praedicta sponsa. 3.^tio
aliquo iuventam acceperat iam.
Q. utrum talis confessio probet. R. probare
quidem cum sit extra iudicialis, discreta
et absque sigilli fractione confessionis probari
potest, verum non tot aliter, unde quaeritur
si puella aliter non posset probare, an
potest tali sponso neganti deferre
iuramentum, ad hoc ut iuret sponsalia
vel esse vel non esse contracta. R. affirm:
q^a haec scriptura facit semiplenam
probationem.
Q. quare affinitas sit impedimentum.
Resp. ratio q^a cum vir et uxor per
commixtionem duo fiant in carne una,
et una caro efficiantur Communiter
sicut a suo ita et ab alterius cognatis
consanguineis abstinere debent.

Inter consanguineos a. mulieris et mariti nulla plane affinitas est, ideo quod deficit ratio unitatis in carne una; ideoque et duo fratres germanas sorores ducere possunt et pater et filius matrem et filiam recte in uxores ducunt c. porro 9. 5.

Q. Lex sit circa servitutem consistentiam in albis ad ebrietatem c. 6. die 8. § manebat distinct. 35.

Q. Si feudum filio fuerit datum, an eius usufructus acquiratur patri? Et ō attenta aliorum sententia negativam veriorem credo, cum ea ratione, quod in castrensi peculio pater usufructum non habet, tit. de castrensi pecul. l. cum oporteat Cod. de bonis quae liberis ad feudalia bona iure castrensis peculii merito censentur, cum quod est certo plurimum dentur propter servitia militaria reddantur. 2. Feud. 7. versu et si fuerit, iura pinde in his oportet consistere, quae ut plurimum accidunt. l. 3. 4. 5. et 6. de ll. l. si pars hered. § fin. ad l. falcid. Postremo quod cum alodium et feudum longe varia species sint

2. feud. 26. §. 2. 3. succedit
exsufructu, ad patrem feudum devolubile,
cum ex feudo nil aliud transit, quam ius
fruendi, utendi, lib. 2. feud. 23. in pri.

Q. An femina iurisdictionalia decen
galia exercens habeat beneficium S. C.
Velleiani. Ex Hernigio c. 4. n. 517
negative, quia cum officio virili fungantur,
et virili iure uti debeant, cui accedit,
quod casu eo beneficii vid: imbecillitas
cessat, eo quod ea cum prudentum et
suorum curialium consilio arbitrari
soleant,

Q. An ordines mendicantes aliud privi=
=legium, quod habuerunt ubicunque cele=
brandi officium et sacrificium missae cele=
brandi, post facto in Cons: Trid: abrogatum
est totaliter, praecise ex eo quod mendicantes
ordines illud et aliis religiosis concesserint,
adeoque eo abusi sint, de facto adhuc
uti possint, ut faciunt, et quo iure. R.
ad 1um. affirm: et quidem ex eo quod
...

Notandum est, quod quando Cons: Trid: facit
mentionem alicuius abrogati privilegii

ante legitimi recessi et observati, abr-
rogatio illa non nisi de abusu Consti
specialiter et exprimat seu alium usu-
intelligendum sit et ideo et in hoc casu
cum praecise ratione et individui abusus sit
privilegium abrogatum. Ratio huius
interpretationis est, quia privilegia contra novam
quae sunt perpetua et ideo abrogatio
illa non nisi de abusu intelligenda est.

Q. An religiosi v.g. Capucini possint
prohiberi aedificari alia monasteria
et Ecclesias aliorum mendicantium in loco
tit. Juris Canon: de aedificandis et repar-
andis Ecclesiis, ex quo nova constructio
monasterii et Ecclesiae in praeiudicium
alterius monasterii et Ecclesiae non valeat.
R. de rigore iuris quidem posse, de consue-
tudine non observari. Si Episcopus vel
Princeps ad aedificandas tales Ecclesias
et Monasteria consentiat, quamvis ille
Episcopus vel Princeps Capucinis hoc casu
potestatem aedificandi recesserit, non censetur
recedere cum abdicatione propria, sed cum
conservatione ut si ille aliis mendicantibus
recedere velit, possit.

Q. An illa determinatio 4te 5te
vel 6te partis in ieiunio sufficien-
ter possit praescribi? R. quod non, quia est impossibile
qualitas illa ... tamen ... servanda
respectu prandij observari potest et
debet. Ratio. Et quia sequeretur illum,
qui in prandio plus comedit et melioris
cibi, quam illum qui minus comedit,
adeoque esset in effectu propter nimiam illam comestionem
in prandio aliud posse, unde est falsum [illegible]
pro collatione esse cibi calidi comedi posse,
eo ipso quod ieiunium non consistat in qualitate
sed quantitate, et quantum collatio
sit iuris positivi et ecclesiastica consuetudine
tolli potest, unde [illegible] pro libitu et
cum arbitrio boni viri et prudentis potest
collationem esse sublatam, cum ex consuetudine
introduci potuerit.

Q. An immunitas ecclesiastica tam personalis
alis quam realis ab omni onere civili
sit iuris divini vel humani? R. esse
iuris divini secundum capitulum in tit: de
censibus. Nec obstat quod ergo summus
Pontifex dispensare non possit, cum de facto
[illegible], quia Ecclesia in genere [illegible]
sit in matrimonijs voluit, ut personae
[illegible] et ipsae res sint immunes et

immunitate Ecclesiastica et
capit. in tit. cap. de

ut ad matrimonium consensus adveniat, non in specie sed in spe relinquendum relinqui Summi Pontificis arbitrio.

Quod a. sint immunes, et res id in rebus non intelligitur de oneribus praeteritis, quia Leges Laicis ne imponant exactiones civiles, et 2do quia res cum suo onere transit, unde si ad Clericum perveniant bona patrimonialia quibus antea erat impositum onus, adeo Rex solvendum tenentur.

Nota adhuc ut aliqui non gaudent specie immunitatis regii, ut est delictum in Ecclesia commissum, et si conjuratum sit, est praeterea de specie immunitatis peccavit.

Q. An si quis captus effringat carceres et aufugiat ad asylum Ecclesiae gaudeat immunitate. R. quod sic nec obstat quod spoliatus sit secundum generale axioma juris ante omnia sit restituendus, hic a. iudex spoliatus sit praesentia, ergo est restituendus. R. non tale axioma hic non procedere quia reum ei aufugiendo veniat in naturalem libertatem statuis iure suo, desinit esse spolium reum, adeoque non obstat dispositio illa generalis.

Q. An disputationes philosophicae in Ecclesia fieri possint. R. Regulariter quod non, nisi fiant ob finem aliquem spiritualem.

Q. An Clerici possint agere Comoediam
vel simile officium scenicum peragere?
R. quod possint talem agere, et professuram
in eo officio facere non possint
Q. An Clerici possint docere iura civilia?
R. quod sic. Quia licet prohibeantur audire iura
civilia, non tamen item docere. Ac respective [illegible]
[illegible] in [illegible] extensio fieri non debet,
aut Zaz[illegible] in defectum Laicorum
[illegible] [illegible].
Q. quare de iure canon: sit minor
poena constituta in adulteros quam de
iure civili? R. ideo quia iuris Doctores
plerumque olim conjugati habebant pulchras
uxores et consequenter ex ea ratione constituerunt
graviorem poenam, ne Clerici
adeant et cognoscant suas uxores, [illegible]
Clerici et Juris canonici Doctores
viderunt per hoc sibi interdici aditum
ad eorum uxores commutarunt poenam
ultimi supplicii in mitiorem, ut facilius
ad eas accedere possint, ratio ridicula.
Q. Ubi detur in iure primum et 3tium
absque 2do. R. in actione legis Aquiliae,
ubi agitur ex 1o et 3tio capite [illegible]
[illegible] 2dum fuerit sublatum,
Q. An Tutor [illegible] ad certum [illegible]
[illegible] filiis impuberibus existentibus [illegible]
statim desinat esse Tutor, et sic an

Tutela finita ips[o] iure? R[esponde]o q[uo]d sic, q[uae]a qua[m] ad[ho]c p[er]mittuntur, postea consentit, est[ib]ilis nec obstat q[uo]d [ho]c[ius] n[on] sit modus tollendi obligationis, q[uia] l[ice]t id regulariter q[ui]dem verum sit, t[amen] in casu fallit, cum parentis favori ... tributum sit.

Q. in quantum agat actione Tutelae de rationibus distrahendis? R. ad duplum, q[uod] speciale e[st] in hac actione, cum descendat ex quasi contractu, et nil ob[stat] dolus in duplu[m] contra Tutorem, contra illius haeredes dolus tamen in simplum, cum media pars poena sit.

Q. Cur actio hypothecaria sit realis, cum tamen illius causa sit pactum? R. ideo q[ui]a pactum e[st] tantum causa remota, proxima v[ero] illius e[st] causa ius in re.

Q. An Tutor q[uo]d de proprijs in res pupilli expendit, habeat ius retentionis in rebus pupilli, si forte pupillus solvere nolit? Licet sit ambigua sententia probabilius tamen p[ro] tutore t[amen] casu R. du[m] q[ui]a nemini officium suum debet esse damnosum.

Q. An pupillus + obligetur ex contractu iuramento firmato? R. negative cum lex expresse resistat omni contractui cum prodigo celebrato adeoque nec iuramento firmari potest.

+ prodigus

Q. An verum in spiritualibus verum detur dominium? R. dari, et quidem recte intelligi, quod ~~iure~~ circa res in spirituales veri dari exerceantur actus, sicut enim possunt vendi servitutes et alia iura in spiritualia vindicari.

Q. Quis proprie dicatur habere ius in re, et ius ad rem? R. ius in re habere dicitur is, qui pro tali re habet actionem realem contra quemcunque possessorem; jus ad rem ille qui rem sibi obligatam habet.

Q. in quantum detur actio de tigno iuncto contra bona fide iungentem? R. iuxta aliquos dari in duplum, probabilius tamen et aequius videtur dari tantum in simplum, quia eo ipso quod bona fides quodammodo veritate habetur, talis poena dignus non censetur.

Q. si duo heredes sunt instituti unus in rebus ~~mobilibus~~ +, posterior habet censum institutus in rebus mobilibus. R. ad distinguendum est, quia in priori casu habentur pro immobili, in posteriori pro mobili.

Q. Quanam sit vera possessionis definitio. R. haec quod possessio sit detentio alicuius rei in commercio existentis cum animo sibi habendi.

+ immobilibus alius in mobilibus quisnam sit habiturus census seu reditus. R. distinguendum est vel n. census jam sunt constituti (vulgo verfallen.) vel non sunt constituti, priori casu habebit heres institutus in rebus in-mobilibus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Q. si qs testamentum nuncupativum,
quod p memoriam in scripturam redactum
fuerit, lacerat, an p. h. censeatur revocatum?
R. negative, quia h. ipso quale testamentum
suum sufficiens ex verbis capiat, non ~~ex~~ obest
laceratio scripturae, cum illa tm
audientibus p memoria fuerit confecta.

Q. si filio querelanti deferatur juramentum
ut juret de causa exhaereditationis omissa,
an teneatur fateri si haeres eum p haeserit?
R. negative. Si a parte rei tm obijcerit
ingratitudinem, ratio est, quia nemo
tenetur detegere propriam turpitudinem.

Q. cur in falcidiam ea tm imputentur,
quae haeres habet jure institutionis, in
trebellianicam v. ea quae habet quocunque
alio tit: singulari. R. ratio differentiae
est ista, quia haeres fiduciarius qui restituit
haereditatem onera tm haereditaria
p rata portionis suae sustinere debet,
reliqua onera transmittit cum fideicommissis, adeoque h. sp. quaeri non potest;
haeres v. restituens legata omnia onera
sustinere cogitur sine omni emolumento in alijs
magis honorandus. Item ratio esse potest,
quia falcidia spectatur tempore mortis
testatoris, trebellianica primum
aditâ haereditate.

Q. si inter plures coheredes unus infra
dimidium actione familiae erciscundae
fuerit laesus, an ei detur restitutio in
integrum? R. affirm:
Dices in emptione et venditione infra
dimidium laeso restituitur, ergo etiam
in actione familiae erciscundae,
R. nego consequentiam, ratio differentiae est,
quia emptionis et venditionis natura est,
ut emptor sibi minimo pretio emere,
venditor vero maximo rem vendere
velit, ideoque unus alterum quodammodo
decipere intendit, non [illegible] quod
taliter infra dimidium laesus, non habeat
restitutionem in integrum, in actione
vero familiae ercisc.: [illegible]
rem aequaliter dividere cogitant,
unde laesioni et deceptioni hic locus non
erit.
Q. si maritus in fundo dotali invenerit
thesaurum ad quem spectet? R.
dimidiam partem ad maritum spectare
iure inventionis, alteram dimidiam
ad illius uxorem ratione dominii,
quod habet in fundo dotali.

Dices Vasallus et Emphyteuta thesaurum in fundo feudali vel emphyteutico inventum totum facit suum, ergo et in tali casu maritus. R. negatur anted. neque consequentia, ratio disparitatis est quia in vasallo concurrit simul ~~iur~~ civile et feudale dominium secus in marito, qui tamen dotis civile dominium ~~hbt~~.

Quaestio Frivola.

Q. ut velles cauponem iuridice dividere? R. quod caput cauponis ex scriptu deberet exponere patri, ut ipse capiti familiae, filiisque aliis, vero sequentibus, cum per illas familia continuo propagaretur, quod ipsis daretur licentia emigrandi vel avolandi ad libitum. Patri exponeret quia veluti de cuius corpore familiae propagatio procedat, tandem filii pedes dare opporteret, ubi in quibus ~~filio~~ honor et decus familiae consisteret. hoc auth. Doct. ~~Spitz~~ Spitzner

Q. Utrum an constitutiones summi pontificis in casibus obligent in foro interno? R.

quia ratione baptismi eam sunt
ipsi subiecti, secus a. in fideles,
ut sunt Turcae, Judaei etc. qui hi
Synagogam [illegible] extra ecclesi-
sunt.

Q. Utrum inter Tutorem et eius filio
possit matrimonium consistere? R.
quod quia iure divino et naturali
repugnat, aliud est in linea collaterali
ultra primum gradum, quod idem iure
canon: adeoque positive tantum prohibitum
est, quo iure ipsi non tenentur.

Q. Quod si maritus uxori donet millia
cum donatio sit prohibita inter virum
et uxorem l. pen: ff: de donat:
inter vir: et ux. an uxor teneatur
ad restitutionem. R. si maritus [illegible]
donum repetat, quod tam in foro interno
quam externo teneatur ad restitutionem.
Si a. non repetat tunc in nullo foro obli-
gatur, quia tunc donatio est invalida non
ex defectu consanguinitatis sed potestatis,
secus in [illegible] ubi donatio non solum in-
valida, ex defectu voluntatis.

Q. si in stipulatione adiecta sit poenam,
an altera parte tam teneatur soluere
in conscientia? Resp. affirm: quia talis poena
legalis obligat in conscientia, sicque non
dicendum est in poena conventionali, veluti
in casu contingit iuxta illud pacti et
conventionibus standum est.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST